

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Johann Georg Hoffmann

**Collegii Theologici in inclyta Universitate Rostochiensi h. t. Decanus Augustus
Varenius, D. ... ad Disputationem Inauguralem ... Dn. Johannis Georgii Hofmanni,
Cüstriensis ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1671

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740891685>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 12. Dez. 1671

Varenius, August

Hoffmann, Joh. Georg.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740891685/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740891685/phys_0003)

DFG

Quod VERBUM CARO FACTUM,

felix & faustum esse jubeat!

COLLEGII THEOLOGICI

in inclita Universitate Rostochiensi

h.t. DECANUS

AUGUSTUS VA- RENIUS, D.⁴¹

Professor Theologus, Sereniss. Ducum Me-
kleburg. Consistorii Assessor, suo & venerabilis

Theolog. Facultatis Nomine

ad Disputationem Inauguralem

VIRI Reverendi & Clariſſimi

DN. JOHANNIS GEORGII

HOFMANNI, Cüstrinensis, vocati &
confirmati Ecclesiæ Witstokiensis in Marchiâ

Pastoris, illiusq; Dioeceseos Inspectoris,

d. XII. Decembr, horis indè ab 8. matutinâ ante- & post-
meridianis in Auditorio magnō solemniter habendam,
publicaq; frequentiâ & celebritate attollendam.

Magnificum Dominum Rectorem,

pl. Reverendos, Nobilissimos, Amplissimos, & Excel-
lentissimos, Clariſſimos, Dominos Professores, Doctores, Li-
centiatos, Verbi Divini Ministros, Philos, & opt. art. Magistros,
fulgidissimam Juventutis Academicæ coronam, omnes

literatos & literarum ac literatorum Fautores, eā,

quā fas est, reverentiâ & humanitate

invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. 1671



Eleberimi in Ecclesia Catholica
Oecumenici Concilii Nicæni, inter ceteras
fulgidissimas, duæ eminuerunt primariae, una
de individuâ & SS. Trinitate, altera de ipsius Fi-
lii Dei incarnatione, sanctissimæ Confessio-
nes. Quid enim sanctius illâ, quam per Ho-
sium Cordubensem publicavit sententia: **Nos**
unam divinitatem & eandem essentiam confitemur
PATRIS & FILII & SPIRITUS S. non prædi-
cantes confessionem aut divisionem personarum.

ineffabilis & beatæ illius Trinitatis (οὐ σύγχιστο
διαιρέσιν τῶν τῆς ἀρρήτου σκέψεων καὶ μανεῖσθαι τοιάδε ταῦτα σαν)
sed semper verè Patrem veri Filii semper existentem & subsistentem (αὐτὸν τοῦ οὐρανοῦ φεύγειν) & Filium veri Patris semper existentem ac subsistentem, & verè spiritum
S. semper existentem quoque & subsistentem (πνεῦμα ἄγαν αληθεῖς τοῦ μα-
τηρὸς οὐκ οὐφεύγειν) Trinitatem adeo individuam, ineffabilem, quæ neque
animo sati concipi, neque sermone sati potest exprimi (τοιάδα ἀχέρευτον ἀρρή-
τον, αληθῶς αὐτοτέλεοντον καὶ αὐτόν φεύγειν) Unam divinitatem & eandem esse
essentiam credimus & confitemur, secundum sanctam illam jam olim a Domino per
apostolos sanctos & sanctam Apostolorum fidem illibatam conservantes (Ἄλλο τῶν τὴν
Αποστολῶν ἀγάπα πίστιν αποτίως φυλαξάντων) antiquos sanctos Patres nostros
nobis ab initio traditam veram & exquisitam ejusdem fidei (ἀπειθεῖσιν)
formam, parati, sic volente S. spiritu (οὐτὶ εὐδοκίᾳ τοῦ ἀγίου πνεύματος)
per plurima DIVINARUM SCRIPTurarum testimonia demonstrare, hæc ita se ha-
bere. Nondum tunc constabant illa Tridentinorum & posterorum circulato-
rum Pontificiorum de supremâ in ordine ad cognitionem, credendorum fidei
divini, Ecclesiæ vel in hac Uniuersitatis Infallibilis autoritati submittendâ, & necessariâ
regulae collateralis Traditionis sc. I Verbi non scripti appositione. Unde nō illa saltē
Hosii: sed & altera gloriissima augustissimi Cæsarum, Constantini Magni,
quo splendidius nihil ipsa Synodus habuit, in ipso, concilio Episcopis audita-

Vox:

vox. Habemus doctrinam sacratissimi spiritus literarum monumentis proditam
(τὴν τοῦ παναγίου τε καὶ μαρτύρου διδασκαλίαν ἀνάγεταιν) ad quam
ad eo solam ablegat Magnus Constantinus in oratione Synodica
τῇ θείᾳ Διδασκαλίᾳ πρεσβυτέρων de rebus divinis disputantes. idq;
sub medio termini iο. illi, cui Papismus traditionis & interpretationis Pon-
tificalis autoritatem superstruit, querelæ sc. obscuritatis & imperfectionis
scripturarum planè contrario. Nam, (pergit in Panegyrico Synodico
Cæsar libri Evangelistarum & Apostolorum, quin etiam veterum Prophetarum
Oracula nos EVIDENTER docent, quid de divino Numinis sentiendum sit. Pro-
inde missa contentione seditionā (ἀπελάσσεταις τὴν πολεμόποιον ἔριν)
sacrarum divinitus inspiratarum literarum testimonia res in questionem addu-
bas dissolvamus (εἰς τὸ θεοποιῶσαν λόγων λαθαρμενὸν ζητούμενων λύσαν)
conf. Theodor. hist. eccl. l.c. 7. Gelas Cyzicen. l 2.c.7. Nec parum ad illibata-
tam tanti Cæsaris purpuræ laudem facit, quod cum ipse agnoscet non
aliunde prodigiosæ illi Arianorum hæresi primordia, quam quod (prout
habet Eusebius lib. 2. d. Vit. Const. c.61.) quidam in ipsa Alexandriâ de
summis religionis Christianæ mysteriis juveniliter & inconsulte digladiarentur
(νεανικῶς τῇ ἀγωνίᾳ τῷ διεπαλκητόντο) ad majestatem suam inter-
esse ratus occupare portum, nec permittere, ut illo fonte derivata clades
in orbem Christianum fluenter, Imperiali sanctione & exprobraverit il-
las in summis mysteriis τοῦ θεοπατριβῆτος, & iisdem Imperiali autoritate
interdixerit. Neq; verò minus sancta Patrum Nicænorum confessio est al-
tera illa de sublimi incarnationis mysterio, quam per S. Macarium Episco-
pum Hierosolymitanum publicarunt. Τὸ παντελῶς καταλυπτικὸν τοῦ
μυστηρίου ἔκεινον, τῆς τοῦ κυριού εἰσπροκεν οἰκονομίας, τῶς γένετος, οἴ-
δεν αὐθεντῶν ὅυδε Αγγέλων ὅυδεις, ὅυδε αὐτὸς Γαβριὴλ οἱ διαχειρισ-
μένος τῷ μυστηρίῳ ἔκεινον, ὅυδε ἡ πάνταγνος καὶ καθαρὸς καὶ σέγνα περθέ-
νος Μαχαίρη τοῦ θεοπατριβῆτος δυνήσεται τὴν ὅλην τῆς αὐτῆς τοῦ θεοῦ λόγου
περηφάνωσης καταληγεῖν· αὐτὸς γὰρ μόνος ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ ηὗς τὸ
πατριβῆτος οἴδε τῆς ἑαυτοῦ δι' ημᾶς ἐνανθρεπτήσεως. Omnimodam myste-
rii illius cognitionem, quomodo dispensatio in carne Domini facta sit, nullus neg-
hominū neg, Angelorū, novit, nec ipse Gabrie'l, qui eidem mysterio ministravit, nec
re' ipsa omnino sancta pura & casta virgo Mariæ totam hujus DEI VERBI INCAR-
NATIONIS intelligentiam explicare poterit: solus ipse Dei Filius exactè novit suam
propter nos inhumanationem. Neq; verò vel in hoc ὁμολογουμένως magno-

A 2 pietat-

pietatis mysterio illi: οὐδὲν ἄτερ γέγαπτο, unde per eundem Macarium,
porro sic peroraverunt: Hæc nobis tradiderunt, qui ab initio ipsi viderunt, &
ministri fuerunt sermonis, ut ait Lucas, de ipsis in carne dispensatione
(αὶ τῆς εὐαγγελίου αὐτοῦ οἰκονομίας.) Allegant loca de JESU CHRI-
STO. Filio Dei nato ex semine David secundum carnem Rom. 1. 2. 3. & inde
facto semine Abramini Heb. 2. 16. nato ex virginе Matth. 1. 16. nato ex Patri-
bus secundum carnem, eodemque Deo benedicto in secula Rom. 9. 5. de magno
pietatis sacramento, ipso Dei filio manifestago in carne 1. Tim. 3. 16. de puerō
nato nobis & Filio dato nobis, super cuius humerum principatus & cuius nomen
est magni consiliū Angelus, ad mirabilū consiliarius, Deus fortis potens, Pater fu-
turi seculi, princeps pacis Isaiae 9. 5. Addunt: Hæc de inexplicabili Filii Dei
ex virginе Mariā generatione scimus: modum autem quo hæc gesta sint, velut o-
mnis creatura rationalis cogitationes transcendentē, ignoramus. Nec mi-
niore fidei sinceritate finem incarnationis reverenter profitentur: Venit
Sc. ille Salvator omnium, & debita nobis supplicia εἰς τὴν ἑξήμηνον αὐτὸν ἡμῶν,
ἀναμάρτυτον αὐτοῦ εὐδέλειαν σωρεύει. i. e. in suam quæ sine peccato erat, car-
nem, ex nobis, pro nobis, & nomine nostro suscepit. Et sanè quæ de mysteriis
τῆς οἰκονομίας (quomodo Patribus Græcis appellatum illud ὅμολογου-
μένως μέχεται τῆς εὐορβείας μετανόιον) inexplicabili eminentiā sanctissimè
confessi sunt Patres Nicæni, non aliter habere, vel ipsi, qui in talia mysteria
θριψιοῦσι. Θρησκευματικοῖς. 1. Petr. I. 12. Angeli, reverenter agnoscunt: quan-
tò magis in horum submississimâ meditatione, semper illa superior Magni
Constantini Patrum Nicænorum, eidemq; consonantissima Cyrilli Hiero-
solym. sententia animis obversari debet: Neceſſe est de divinis & san-
ctis fidei mysteriis, neque sine SACRIS SCRIPTURIS temerè quicquam tradere
ne simili credulitatib; verborum apparatu circumferre. Nec mihi hoc di-
centi simpliciter credas, NISI DEMONSTRATIONEM ANNUNCIATORUM
EX SACRIS LITERIS accipias. Salu enim ipsa fidei nostræ non ex commen-
titia disputatione: sed ex demonstratione divinarum scripturarum est: Catech.
4. Quid illa Εὐαγγελίου admirabilius, quæ S. Spiritus, qui jam olim ad-
mirandā, eademque Ζωοτητική incubatione, Creatorem se Uni-
versitatis testatus, & qui deinceps nos omnes regeniturus s. in Christo vi-
rificaturus, totumque fese, non sine verbi sermone cœlesti animabus no-
stris infusurus erat (quando jam imminentissima erant felicissima tem-
pora, novissimè per Gabrielem Numinis Internuncium designata) in-
virgi-

virginem Matrem supervenit, non sanè ἀπερματικῶς: sed ἀγαστικῶς
(quatenus massam illam animatam, ex quā humana natura Filii Dei for-
mata, per βαυμάτον ἀγιασμὸν, ab omni peccato tam originali quam
actuali mundavit & sanctificavit) ἀημιουργικῶς, quatenus per imme-
diatam divinam fecundationem ac formationem & Virginis facultatem,
fine Virili semine, præter naturæ ordinem, concipiendi dedit, & nō ex pro-
priâ: sed solius Matri Virginis substantiâ humanam naturam singularem
& individuam producendo, in uterino illo Paradiſo, florem Jessaeum, Ro-
sam Saronis, surculum (s. Nezer). Nazarenum efflorescere fecit; inque-
sacratissimo illo Virginis thalamo nuptias agno adornavit, quin &
Τελειωπικῶς, quo ad ἀρρήτορεν θεον, dum naturam humanam ē massâ
virginea sanctificatâ conceptam & formatam, cum divinâ ipsius Filii Dei
naturi ineffabili modo univit. Pulchritudine Pacianus in sermone ad fideles:
Novissimis temporibus animam utique cum carne accepit Christus ex Mariâ Vir-
gine. Hanc venit salvam facere. Et hæ sunt nuptiae DOMINI, unius carni con-
junctæ. ut secundum illud magnum sacramentum duo fierent una caro Christus
& Ecclesia. Ex his nuptiis Christiana plebs nascitur, veniente de super Spiritu
Domini. Fides pronuba est. Quid admirando illo cum εὐελόσει Sancti
Spiritus immediate conjuncto Πτωκιασμῷ δύναμεως ὑψίσου magis est
(prout de hoc ipso salutis nostræ Sacramento Justinus) ὑπὲρ πᾶσων τῆς
Θρωπίνης κτισεως κατάληψιν, quando Magnus Jehovah & laudatus valde,
reverendus supra Omnes Deos, coram quo gloria & decor, robur & magnifi-
cens ornatus in sanctuario ejus, quem nubes & caligocircumstant, quem adorant
omnes Angeli Ps 96. 4. 5. 6. Ps 97. 2. 7. Deus idem Deique filius, cuius æquè
ac Patris nomen ineffabile Prov. 30. 3. Deus fortis robustus Isaiæ 9. 5. idemque
brachium Domini Ilaia 53. 1. imo non in Chaldæorum solùm scholis: sed
& in N. T. scripturis רְדוֹתָן בְּכַרְתָּה תְּדֻבָּרִים θεοῦ, vel δύναμις
ὑψίσου, dict⁹, inhabitans lucem inaccessam: 1 Tim. VI. 16. imo caliginem. Reg.
VIII. 12. illâ ipsâ Majestatis umbrâ Mariam θεοτήκον inumbravit, & in
admirabili illâ inumbratione humanam, operante S. Spiritu, ex Virginis
matre genitam, naturam, non in solam illam admixt caliginem, prout olim
Mosen Exod. 20. 21. vel nubem, prout olim Mosen & Eliam Luc. 9. 34.
spectantibus Apostolis columnis conf. ibid. & Gal. 2. 9 sed in intimam il-
lam inaccessam lucem, in immensam suæ personæ, non minus, quam
natura

natura immense, nec ab hac distincte gloriam assumit ex exito; Quid autem hanc ipsa ενώσει, ή ενσάρκωσει, illa ipsa unitione, &c per hanc Verbi incarnationem, magis υπέρ λόγου, υπέρ νοῦ; Per illam sc. Ενώσιν s. unionem (quam Athanasius in Symbolo descripta per πεσσόν αὐτούς φέρεται) τὴν τοῦ λόγου θεότητα s. assumptionem humanitatis in Deitatem VERBI, vel ipsam personam Dei Filii) velut per medium, non per terminum (talis quippe est ipsa persona Filii s. ὁ λόγος considerandus non solum sub ratione principii unionis activi: sed & termini) humanitas in immensam hypostasin τοῦ λόγου pervenit, & Christus secundum humanam naturam, in gloriam ineffabilis illius divinae filiationis assumitus, secundum eandem constitutus est personaliter Filius Dei naturalis & proprius, quam irreciprocam ενώσιν s. unionem (quippe non caro λόγος: sed ὁ λόγος carnem assumit) immediate exceptis unio reciproca, ac επεχώρησις τοστική, ipsaque sic hypostatica inhabitatio totius plenitudinis divinitatis τοῦ λόγου, in assumtā carne, Col. 2.9. ut jam post factam incarnationem, propter ipsam personā indissolubilem unitatem, non saltim non assumta humanitas extra πν. λόγον: sed nec ὁ λόγος s. persona & natura divina τῇ λόγου (nec enim persona δίχα τῆς θεότητος est unita) extra hanc carnem subsistat. Atque hæc ipsa redēptionis nostra ἀκροβυτία s. prout pulcherrime Constantinus Magnus in sermone prosphōnetico ad S. Synodum, nominavit, τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας περιστάσια I. adventus Salvatoris primordia (ἐποπτή τῆς ἡμετέρας θυσιαλείας ἔργα ἀγρύνσαμετος ὀικητήριον κατηξίωσεν εἰς παθένου λαβεῖν i. e. quando redēptionis nostra gratiā puri corporis domiūlū ex Virgine assumere dignatus est) rotundā, decoraque tanto mysterio majestate intimavit Virginis κεκαταφένη Gabriel: spiritus, inquit, sanctus superveniet in te, & Virtus Altissimi inumbrabit te (quibus prædicationibus, actus superiores (1) αγράσματος s. sanctificationis (2) αὐλαγήψεως s. supernaturalis illius conceptionis & generationis (3) ενώπιως l. unitonis, Angelicā planè levitate expressit, prout (4) ipsā ενώσιν s. filiationē divinā (5) ipsā ενότητη τοστική s. unionē personalem quæcumq; hanc absolvit επεχώρησιν illis quæ proximè sequuntur:) Propterea etiam id quod ex te generatur sanctum (in fontibus non est πανηγυρεύειν: sed πανηγυρεύειν, de ipsā tunc instantissimā conceptione

ceptione cuius respectu non solum ipsa Maria dicitur *pragmata ex spiritu*
S. sed & id quod in Mariâ prægnante genitum est, dicitur esse ex spiritu S. Matth.
E 18. ut tñ. quatenus illud εξ, notat τὸ μέθετης ὄλον, Christus non ex
spiritu S. sed ex Mariâ, tum heic Lucæ 1.35, tum Matth. 1.16 genitus memo-
retur, intelligendum) Filium Dei vocabitur Luc. 1, 35. Deducitur, prout
filiatio illa divina τοῦ γεννημένου ex Mariâ ἀπόστολον, velut consequens, ex su-
pernaturali illâ. Spiritus S. ἐπελθόντα (per quam & ex Mariâ datur, & non
visus datur τοῦ γεννημένου) & ἐπιχωριαμένος Virtutis altissimi. Quam-
vis enim actus illos nullū temporis momentū distinxerit, sed obtinuerit
hīc illud veterum Catholicorū: ἡμαστὰς, ἡμα θεοῦ λόγου σάρξ, actus
tamen ipsi ex Ordine mysterii & ex naturā rei accurate sunt dilcer-
nendi. Supernaturalis quippe illa de Spiritu S. conceptio, & ex Beatâ
Virgine generatio, præcisè sumta, humanæ naturæ tantum tribuit
ὑπάρχειν. existentiam, per quam concipitur ut σάρξ, non autem ὑπόστα-
σιν. subistentiam, per quam sit θεοῦ λόγον σάρξ, quippe quod demum
præstat ἐνώπιον ipsa ενσήμωσις. Neque confundendus est actus uni-
tionis, cum eo, quod per ἐνώπιον illam Christus in tempore juxta solam
naturam humanam est consecutus. Non Unitio: sed ipsa hypostasis
Filii DEI, intra quam, per ἐνώπιον illam f. Unionē assumta est humanitas
terminus est, per & propter quem proximè, Christus secundum naturam
humanam, in esse FILII DEI naturalis & proprii, nequaquam adoptivū
constituitur. Sic illa ipsa ἐνώπιον f. Unitio principium causale est Uni-
onis reciprocæ, τετραχορίστη hypostaticæ, & τωματικῆς ἐνοικήσεως omnis
plenitudinis Deitatis, de quâ Paulus Colossi 2. 9. Prout sc. humanitas
Christi in immensam Filii Dei hypostasin per ἐνώπιον f. ενσήμωσιν, in uno
illo momento, quo VERBUM CARO FACTUM EST, pervenit. Ita
inde ab illo incarnationis momento, in illâ ineffabili hypostasi Unigeniti,
nec sub aliâ ratione filiationis divinæ, nisi proprie illius & naturalis, as-
sumta humanitas, admirandâ τοιωνται, sine fine subsistit. Quid verò
illâ majestatis f. potestatis verè divinæ & infinitæ ipsi humanitatî
f. Christo secundum humanam naturam ex gratia unionis hypostaticæ,
in ipso ἐνώπιον illius ὑπόστασιν instanti, donata, communica-
tione (quam βελτίωσι Athanasius, μελάδοσιν Basilius, τῶν θεών
αὐχη-

αὐχημάτων μεμονδώσιν appellavit Damascenus) eminentius? quid illa
in eodem instanti temporis facta Ταπερώσει s. νενώσει non hominibus
solum: sed & Angelis ipsis admirabilius, quā ipse θεόνθρωπος Jesus Christus
secundum naturam humanam, ex principio ἐνώσεως & μετάδόσεως s.
Unionis & communicatæ majestatis, ipsisq; regni, ēν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων
in formā DEI existens, (ad quam ἐντυρεξίν humanitatis, in formā DEI, se-
cutora ceteroqui erat plenaria divinæ majestatis in operationibus o-
mnibus, ipsa etiam gubernatione Coeli & terræ, exertio) illam ipsam
hypostaseos immensæ æterni Dei Filii, illam ipsam majestatis verè di-
vinæ in illa ἐνώσει factā communicationem, & regni divini κλήσιν s. pos-
sessionem, per & propter quam, secundum humanitatem, et si non erat
Ιησος θεός, tamen erat Ιουθεός s. in possessorio gloria verè divinæ posi-
tus, prout se gloriam illam non rapuisse: sed ex gratiâ Unionis persona-
lis accepisse indubitate scivit: ita nec in illa, more Tyrannorum vel Re-
gum seculi, sese mirificè, illa quam possident regni gloria ipsisque victa-
rum gentiū manubiis, vel jure belli raptis, mox efferentium vel ostentan-
tiū, egit: quin non saltim illam ὑπαρξίν εν μορφῇ θεοῦ, & illud
ἐνεργειαὶ Ιουθεός rapinam non duxit: sed & per voluntariam abdicationem
consecuturi incessantis usus & plenariae Operationis ac exertionis,
majestatis, acceptæ, in regno imprimis potentiae & glorie, se ipsum
verè & realiter exinanivit, formam servi (servilem naturæ humanæ ha-
bitum, statum & conditionem) assumptis, quin & ταλέσιος ἀν propter nos
pauper est effectus, ut suā nos paupertate divites redderet 2. Cor. 8. 9.
Quid deniq; sublimius illa ιδιοποίησει, quā DEUS idemque DEI FILIUS
prout per ἐνώσιν vel ἐνσημωσιν, omnes carnis assumtæ proprietates &
operationes illi naturales: ita post suppositam κένωσιν, quæ ordine natu-
ræ sequitur ἐνώσιν, omnes illas, quales ex hac successuræ propter officium
Mediatoris erant, omnesque adeò, status in primis exinanitionis, adiisque,
mortem crucis actus verè sibi appropriavit, ut non solum ipsius substantiæ
humanitatis: sed & hujus exinanitionis respectu Evangelistarum Exarchus
& Coryphaeus Johannes, ipso S. Spiritu conceptis verbis sic dictante, tot
ac tanta, quæ intrâ unum temporis punctum constiterunt, mysteria sa-
cratissimo verborum trifolio adumbrata publicarit, proclamans: VER-
BUM CARO FACTUM EST! Quicquid scilicet in utroq; statu, inq; tri-
plici officio dein successit actionum ΘΕΑΝΩΡΩΠΟΥ mysticarum huic
fonti

fonti, unde derivatum profluxit, originem refert. Tota, unum illud admirabile momentum sequens gestatio uterina, quando Maria, εὐρέθη ἐν γαστὶ ἔχονται, cui debetur? Illi sc. ἐπιλόγοι s. superventionis S. Spiritus, & ex-hac conceptioni, unde, simul dixerat Evangelista, Mariam compertam esse gravidam, statim illius imprægnationis principium activum additur, sc. compertam esse talem ē SPIRITU S. Matth. I. 18. ut recte notaverit jam olim Basilius M. in nat. Domini: Λυφότερα δέ τε οἱ Ιωάννοι οὐ τὴν κύνην καὶ τὴν αἵτιαν ὅντας πειθαρίας ἀγέννου. Confessio illa Elisabethæ, ad Uterinum JOHANNIS nondum nati σκηνήσασθε εὐαγγελίατε exclamantis: Benedictus fructus ventris tui! Unde mihi hoc quod ad me venit mater DOMINI mei? Luc. I. 42. 43. cui debetur? Sanè illi λόγοι εὐαγγελίσατε. Cui quod Maria non solum χειροτόνος (quod concessum Nestorio) sed & θεοτόκος (quod eidem hæresiarchæ primum fuit contradictionis signum)? Cui, quod de eodem Infante recens nato, in prælepi jacente Orator Angelus ad Pastores: Vobis, inquit, natus est Σωτῆρς CHRISTUS DOMINUS? Sanè ipsi εὐάστε & idiomήστε. Quicquid in arcanis mysteriorum celestibus, Messia temporibus, quoad plenariam revelationem reservatum fuit, quandoquidem Deum nemo vidit unquam, unigenitus Filius ē ὁν ἐις τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς (prout decebat magnum illum Prophetam Deut. XVIII. 18.) nobis exposuit Joh. I. 18. autoritate divinâ ipse Filius hominis & peccata remisit, & Apostolis solvendi ligandique potestatem ex plenitudine illius εἰζούσος dedit Matth. 9. 6. c. 18. 18. Debetur illud μετεδόσει, & per hanc ascendendo, τῇ θεοσπεικῇ εὐώσει. Commendat suam erga nos charitatem Deus, in officio θεαυθρώου Sacerdotali, inde quod pro nobis ipse Dei Filius mortuus Rom. 5. 8. Princeps vita interfectus, Act. 3. 15. Dominus gloria crucifixus 1. Cor. 2. 8. Deus proprium sanguinem effuderit, & illo ipso Ecclesiam redemerit Act. 20. 28. Commendat profusi in remissionem peccatorum s. mundationem apereccatis omnibus, sanguinis, datae pro mundi vitâ carnis, impensa in ἰδεόρων λύτρον animæ, divinam virtutem. Matth. 26. 28. Joh. 6. 51. Joh. I. 7. Jes. 53. 12. Math. 20. 28. Debentur illa, priora quidem τῇ idiomήσει, posteriora τῇ μετεδόσει, & per utramq; hanc, τῇ εὐώσει. Celebratur in illa σκηνήσει Verbi incarnati inter mortales, theatrum glorie Unigeniti, cuius in tot miraculis, in ipso inprimis μεταμορφώσεως actu,

B

auto-

αὐτότακτοι fuerint Apostoli, sub regno gratiae Joh. I. 14. I. c. II. 43. 44. c.
12. 17. Luc. 9. 29. 32. 2. Pet. I. 16. 17. 18. Debetur τῇ μεταδόσει, & per hanc
Unitioni s. ἐνορθωσει. Commendaturus Apostolus τὴν πεπινθεῖσαν θεοτόκην,
non poterat sublimiore illam exemplo commendare, quam JESU CHRI-
STI, qui, et si Deus, & quoad naturam existentem in forma Dei, erat ἴση θεῷ
nihilominus inventus fuerit ipso schemate & ὅμοιώματι (s. affectibus, gestibus
& totius vitae actionibus, ipsisque, quas volens admisit, infirmitatibus) ut
homo, factus obediens adiisque mortem crucis. Debentur haec illi admirabili
κενάται. Celebratur ipsa maiestas Crucifixi morientis (quæ Centu-
xionis nobilem illam confessionem expressit: Αληθῶς I. Verē hic ipse homo
erat DEI FILIUS Marc. 15. 39.) & resurgentis: nec minus potestas
animam tum ponendi tum resumendi Joh. 10. 18. Debetur illa τῇ ἐνώσει
& propter hanc τῇ βελτιώσει. Memorantur in ipso JESU, etiam duran-
te exinanitione, absconditi, omnes sapientiae & cognitionis thesauri Colos. 2. 3, &
quod in ipsa exinanitione, quid esset in homine, scire potuerit, ac particula-
riter & quoties voluit, sciverit, imo quod OMNIA sciverit Joh. 2. 24. 25. c. 16.
30. Et tamen, de die, inquit, illo, vel hora, nemo scit, & ne ipse quidem Filius:
sed Pater. Debetur hoc κενάται non simulatae: sed verae Marci. 13. 32. Ce-
lebratur Crucifixi ex mortuis resuscitatio exaltatio s. ὑπερέψυχωσις. Debetur tota
τῇ μεταδόσει, & per hanc ἐνώσει. Neque enim in exaltatione demum no-
vam, quā antea, quā rem ipsam, nō habuit, maiestatem accepit, qui potestia-
tē vivificandi, judicandi omnē carnem, nec hanc solum sed & ἔχουσαν cœlum
& terram gubernandi, in mediâ morte retinuit, nec obstante in actibus
quibusdam officii regii, plenarii usus, qui cum verâ κενάται consistere
non poterat, καὶ καργὸν abdicatione, nihilominus non minus verus Rex,
quam sacerdos & Propheta in cruce peperit: quin tota ὑπερέψυχωσις,
ex quo jam gloriâ & honore coronatus, Omnia (cujus universalis signi sup-
positionem universalem, sic ut nulla creatura excipiatur, urget Aposto-
lus I. Cor. 15. 27. Hebr. 2. 8.) ipsis pedibus supposita habet. Pf. 8. 6. 7. 8. &
ascendens super Omnes cœlos ac excelsior cœlis factus, implet OMNIA Ephes. 4.
10. 11. 12. Hebr. 7. 26. ipse denique adventus Filii hominis in maiestate &
gloriâ multâ, ipsa resuscitatio Omnis qui sunt in monumentis, ipse appar-
atus judicij novissimi, debetur ipsi ἐνορθωσει velut principio, ipsisque
μεταδόσει, per quam Pater potestatem dedit Filio non tantum vivificandi: sed
& judi-

& judicandi, quatenus Filius hominis est, ut omnes honorent Filium, sicut honoraverunt Patrem Joh. V. 22. 26. 27. 28. ut adeo universa Christologia, totaque mysterii salutis Oeconomia, tum durante συνέστη ἐν ιησού, tum post hanc, adusque novissimam illam regni ωράθεστιν, i. Cor. 15. 24. ad illud unum revocetur momentum quo VERBUM CARO FACTUM EST, & non minus alterum hoc Oeconomiae, quam primum illud Theologiae mysterium, ex ipso tantæ profunditatis & majestatis merito, αὐτοῖς οὐκέπειστον, πάντη ακατάληπτον, τίς μόνην νοεῖσθαι δυνάμενον, appellari int Patres Nicæni, qui iidem non solùm ex illis prædicatis de λόγῳ superioribus, argumenta invicta contra Arianos deduxerunt, urgentes illud Joh. I. 1. 2. (Τὸν Ἰεράντος λεχθὲν τὸ ὁράματον οὐκ ἔχει, εἰ. Illud quater ab Evangelista positum, E R A T, non habet aliquid quod ante illum extiterit, quod adeo opponunt illi Arianorum Symbolo: ἦν τοτὲ οὐτοῦ οὐτοῦ. Erat aliquando tempus cum nondum esset) illud: Verbū erat DEVS, & adeo ipsi Deo(Patri) apud quem erat, δόμούσιος, non ἀλλότριος οὐ τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας ἀπεκουνισμένος i. e. ab essentia Dei alienus & sejunctus: nec minus illud, quod addatur: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est, unde contra illum ωράματον Σοσθῆνη τὰ ἐν ἀλλα δέξις καὶ κενότητος θερμὸν (prout in communicatoriā Alexandri Alexandrinī nominatur) Arium, sic illatum Patribus. E. (1) vel εἰστὸν ἐκποτε s. fecit se ipsum vel (2) non est factus s. creatus, nec instrumentum (οὐκ ἔργα λεῖον οὐδὲκτίμα) sed ipse Opifex omnium creaturarum, &, θεὸς ἀληθῶς Φύσει s. VERUS NATURA DEUS; sed & confitentur, quod non Verbum aliquod creatum s. factum: sed Verbum δόμούσιος fuerit caro factum, & ipse sic DEI Filius Διὸς Φιλαθρωπίας σπρκωθεὶς ex virgine Mariâ, genitus sit ἀπόρρητω γεννήσει s. inexplicabili generatione, & adeo, quod institueramus repræsentare, Patres illi Nicæni utrumque & divinitatis Filii & Incarnationis mysterium sanctissimè illustrarunt. Atque hoc ipsum ἐνορμώσεως μυστήριον, ipsumque illud Johannis tanto mysterio dedicatum, vocum numero breve, rerum majestate longè maximum, aureolum: VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS ex decreto venerabilis Facultatis Theologicæ Reverendus & Clarissimus DN. Candidatus, habitâ, tum ipsius sanctissimi Oraculi dignitatis, tum ipsius temporis ratione, brevi quadam Academicâ commentatione, futurâ Disputationis solemnis materiâ repræsentare reverenter, & Examini publico submittere voluit, de cuius natalibus, vitâ & studiorum curriculo, ipsoque præsenti con.

filio Theologico, veteri more, rationarium breve nunc publicandum fuerit.
Natus DN. Candidatus est Custrini, castro Electorali, ipsis munimentis inter
primaria Germaniae, celeberrimo, anno O. R. c^{lo} loc XLVI. ipso die JO-
HANNIS BAPTISTÆ, qui tantus natalis, prout primam hujus terrenæ lucis
usuram dedit: ita & inscripto mox per regenerationem libro Vita nomine
caelestem & perennaturam nostro lucem accedit. Patrem habuit Virum
Amplissimum & Prudentissimum DN MATTHIAM Hoffmann / Consulem
olim Custrinensem gravissimum, MATTHIÆ (Pharmacopæi quondam Rigen-
sis in Livoniâ experientissimi) filium, MATTHIÆ (domo natali Lipsiensis,
inde Civis primarii Rigenis) Nepotem, quos omnes, ipsum novissime deside-
ratissimum Parentem Consulem anno c^{lo} loc XLVII. mors beata terris abstu-
lit, cœlo donavit. Matrem veneratur, Matronam primariam, sui sexus do-
tibus splendidissimam, ELISABETAM Müllerin/qua post intervallum dolori
honoriique defuncti Mariti datum, Viro Nobilissimo & Amplissimo Domino
ADAMO Böhmen / S. Electorali Serenitati Brandenburgicæ à vestigalibus &
portoriis provincialibus primario, & redditum publicorum per Neomarchi-
am Cameræ Secretario fulgidissimo, solemini matrimonii federe juncta, singu-
lari Dei beneficio (una cum Marito, in quo non Vitrici: sed affectu, curâ, con-
filioque Patris benivoli mensuram gratus agnoscit) superat adhuc & vitali ve-
scitur aura. Aviam paternam habuit, GERTRUDEM Flintinn/Rev. quon-
dam DN. JOHANNIS Flinten/ quem superiori seculo à Nobiliß. Senatu Ri-
gensi, Rostochio in Liyoniam, ob celebratam quæ in illum magnus Δωρεόντες
contulerat, dona evocatum, mox, post supremum magno nostro Luthero
CONCORDIÆ diem, ipsa Livoniæ metropolis RIGA præconem Verbi Di-
vini, & propagatorem Evangelii sincerissimum, ingenti & suo & totius Livo-
niæ bono est experta, Filiam tanto Patre dignam: Avum maternum DN.
MICHAM Müller / Senatorem & Negotiatorem olim Crosnæ florentissi-
mum, Hæreditarium in Gostkr. Aviam maternam ANNAM, DANIE-
LIS FABRI, Doctoris quondam Medici, Practiciceleberrimi, & Consulis a-
pud Crosnenses amplissimi Filiam. Tyrocinia studiorum sub Clarissimis, per
quos non potuit non adolescentia DN. Candidati ad omnem pietatis & do-
ctrinæ cultum conformari, Præceptoribus, imprimis sub DN. M. POSSAR-
DO, Ecclesiæ Brandenburgensis dein Pastore, sub DN. M. JOSIA CHRI-
STOPHORO NEANDRO, nunc S.S. Theol. D. Pastore & Gymnasii Star-
gard. Inspectore DN. Candidati Affine pretiosissimo, sub DN. M. DAVIDE
GRAFUNDERO, nunc in episcopatu Merseburgensi Pastore, Affine non mi-
nis honorabilis, sub DN. ZUKKERO, Scholæ Custrinensis Rectore solertissi-
mo.

mo exacta, tanta se felicitate commendarunt, ut non solum Gymnasio Berolinensi Adolescens nomen dare potuerit (in quo præ ceteris tunc Lectoribus Clarissimi Viri DN M. CONRADI TIBURTI RANGONIS, Gymnasi Berolinensi, tunc Rectoris, nunc Ecclesiastæ Jacobæi Stetinensis fidelissimi informationi, plurimum debere se profitetur ultro DN. Candidatus, sub quo bis, quoq; in articulo de CHRISTO, & in Philosophicis dissertationibus, Physicis imprimis, plus vice simplici RESPONDENS, tanti mensuram nominis implens stetit, nec minus de Nativitate Domini nostri JESU Hebræo Sermone publicè peroravit) sed & ante Sexennium inclita Academia JENENSI committi, in qua præter Ingeniosissimos Philosophos, de superiori loco docentibus Theologis famigeratissimis DN. D. CHEMNITIO, DN. D. GERHARDO, p. m. DN. MUSÆO, aures animosque discendi cupiditate flagrantissimos accommodavit: quin & laudando exemplo, sub celeberrimo D. MUSÆO in Collegio Antipapistico & Anti-Sociniano, quater publicè Respondendo, saepius in iisdem Opponendo studium pariter & judicium Academæ JENENSI probavit. Postquam Salanæ tandem valedixit, lustratis aliis, Lipsiensem imprimis Academiam studiorum suorum Theologicorum continuandorum sedem selegit: neque verò in hac vel inerti otio vel inanibus quæstiunculis & inutilium argutiarum Labyrinthis, præter quas multi vix quicquam Academiis efferunt, tempus, cuius sancta & irre recuperabilis est jactura, traduxit: sed Reverendis plurimum ejusdem Universitatis Theologis, imprimis Magnifico, celeberrimo DN. JOHANNI ADAMO SCHERZER, Theologo Lipsiensium primario & Orthodoxia Assertori fulgidissimo, in præcipuis Theologia partibus Auscultatorem solertissimum, quin sub nominati Theologi, & Rectoris Academæ Lips. Magnifici Præsidio, bis, in Collegio Anti-Sociniano, in Articulo de Baptismo, Respondentem non sine Auditorii applausu publicè dedit: sed & dissertationem sacram in sanctissimum illud Johannis de tribus in cœlo Testibus aureolum (1. Joh. c. 5. 7.) sub Præsidio Magnifici tunc Rectoris DN. JOHANNIS OLEARII. SS. Theolog. Licentiati, publico Examini reverenter submisit, sibique, quod primarium in Theologo studium agnoscit Athanasius I. de Incarnat. Θεοὶς ἐπιδιόγματος, καὶ μὴ λογισμῶν γρυνασίας περισσόντας τὰ συφάς κεκηρυγμένα, quodque à Paulo acclamatum Timotheo, εὐ λύτοις ιδι, παῖς σου περικοπή Φανερὰ ἡ ἐν πᾶσιν 1. Tim. 4. 15. commendatisimum probavit. Ceterum juvat ex ipso Dominorum Theologorum Lipsiensium testimonio, Veneranda Facultatis Sigillo ac subscriptione conspicuo, nuper, prid. Eid. Oct. publi-

• Et. publicato, quæ luculentiorema alicubi superiorum fidem facere poterunt,
transcribere. Igitur, postquam occasione loci Paulini 1. Tim. V. 22, in illam
seculi nostri anomaliam, qua dignitates sæpè Ecclesiasticæ indignissimis ve-
neunt, eruditissimè calamum præambulum strinxerunt. Theologi nomina-
tissimi, sequentia subjungunt. *Hoc Cacoelhes, uii cum piu ac Cardatu omni-
bus summopere detestamus, ita Deum ac Patrem DOMINI NOSRI, JESV CHRISTI
meritò glorificamus, quod talium aliquis non sit, qui hasce exhibet, Vir Juvenis Cla-
rusimus atq. Eruditissimus DN. JOH. GEORG. HOFMANNUS, Cuſtrinensis, SS. Theol.
Studioſſimus.* Is enim cum ex Salanâ Academiâ ad Nos concederet, divinarum li-
terarum indefessâ culturâ nihil prius, aut antiquius habuit, id operam dans sedu-
lo atq. diligenter, uti, à quibus missus erat, votis ex aſe responderet. Quod inter a-
lia Decani nostri DN. D. JOH. ADAM. SCHERZER, lectiones & Collegium Anti-
Socinianum, in quo b̄s Respondentu, sapius Opponentis munere cum laude & ap-
plausu publico functus est, ingeniumq. acre, quo divinâ gratiâ pollet, vel nobis ta-
centibus testari poterunt. De vita etiam inter nos actâ nemo jure conqueri potest,
aut unquam conqueſtuſ ſuit. Ceterum ipſe ſemetipſum BONIS Omnibus, ut nul-
lo Interprete egeat, ſatis, n̄ Omnia nos fallunt, comprobabit. Quæ cum ita ſint,
nulli dubitamus, quin DN. HOFFMANNUS noſter ad etatis quippe & eruditionis
maturitatem ita progreſſus, inſignem Eccleſiae JESU CHRISTI operam ſit navatu-
rus. Quo nomine etiam Patronis ac Bonis omnibus eundem commendare non du-
bitavimus, Deum devotè precati, ut bonum illud opus, quod in ipſo gratiōe exorsus
eſt, perficere in laudem JESU CHRISTI ne dedignetur. Atque, his Irenicis ho-
norificis, his ſanctioribus judiciis, & votis, abeunte DN. Candidatum pro-
ſecuti ſunt Domini Theologi Lipſienses. Abſit omen ut aliter Nos de Domi-
no Candidato ſentiamus, qui non ex testimonio ſolūm Dominorū Theolo-
gorum Lipſiensium, de ſuo per triennium ferè Auditore luculentissimo, nec
ſaltim ex celeberrimi Theologi DN.D. SCHERZER ad me p. t. Decanum,
datis ſerviūnūs, & quoad DN. Candidatum ſerviūnūs: ſed & ex illis,
quæ domi partim, partim in utroque venerandæ Facultatis Theologicæ
Conventu, tentaminis & Examinis rigorosi cauſa indicto, ex Domini Can-
didati reſponsis, ceterisque, quæ præſentia ſuppeditat, argumentis, expreſſiſſi-
ma legimus veræ pietatis, orthodoxæ ſinceritatis, eruditii, & ab illis, ad quos
jam olim, illum CHISKIÆ & in hoc, Eccleſiae turtris, planctum: Ecce! In-
pace mihi amaritudo amarissima! Bernhardus accommodavit exclamans:
*Amaritudinem inde Eccleſiae amarissimam, quod cum Pax ſit ab hereticis, pax aſcru-
maticis, non ſit pax aſ falsis fratribus! ab illâ inquam præſentis Eccleſiae fundi po-*

tiffima

tissima calamitate (qui cum fidem non praestent Regum Regi ad dextram Patris sedenti, & inde propediem reddituro ad judicandum vivos & mortuos, quam Terreni Principis Majestati fidem servabunt?) intestabilis Syncretismi propagatoribus, Ecclesia proditoribus, verae fidei, ac Christianae religionis desertoribus, alieni pectoris, certam sanctamque spem concepimus, tale futurum οὐβησμένον, quale de suo quondam Alumno presumit, & tum sibi, tum Ecclesia pollicetur venerabilis Teologorum apud Lipsiensis Ordo. Pulcherrimè Gregorius Naz. Orat. XXI. duplēm designavit electionis legitimā ad Presbiteriū, vel κλῆρον τῆς διακονίας (quomodo appellavit Apostolorum Chorus Act I. 23.) characterem, unum, ut Successor Episcopus (vel quicunque presbyter) eligendus, totius populi suffragius eligatur, alterum, ut veram fidei doctrinam profiteatur. Addit primo characteri gravissimam sententiam: οὐδὲ βιαζόμενος ἀλλὰ βιαζόμενος διάδοχος i. e. Non ille qui per vim irrumpt: sed qui modo legitimo eligitur, vel potius vim patitur, verus successor est: nec minus memorabilem alteram: τὸ διάδοχον νοῦς επιθέμενον, τὸ δὲ αὐτίδοξον νοῦς αὐτίθεμον i.e. successionem estimandam ex doctrina, quæ si consonet, veram illam: si minus, non nisi pro nominali habendam. (μόνον περιγραφαὶ ἔχει τῆς διάδοχῆς) s. Socius doctrinae est quoque Socius throni: adversarius autem in doctrinā, adversarius quoque est in throno. Et de primō quidem charactere Domini Candidati legitimè ad Inspectionem Ecclesiarum Civitatis & dioceseos Wittstockianarū à Serenissimo & Potentissimo Electore Brandenburgico Domino Clementissimo (cui vitam prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, quæcunque hominis & Principis Electoris vota sunt, illuc suspicientes, unde Principi & potestas est & Spiritus, precamur) clementissimè vocati, quin & à S. Serenitate Electorali, præviā legitimā electione & vocatione, ad Pastoratum Ecclesiæ Wittstockiensis confirmati, dubitare nos haud permittit, tum ipsum, sub sigillo Electorali in authentico, nobis exhibitum vocationis & confirmationis, tanto Principe dignum, Diploma, tum Amplissimus Senatus Wittstockiensis, sub Sigillo Curiali & Primariorum Consulum ac Senatorum nominibus, communicatum nobis attestatum, Reverendo Domino Candidato per honorificum, quo sancte profitentur, prævius publicu in Ecclesiâ precibus, præmisâque Concione donumq[ue] suu[m]q[ue], magno Ecclesiæ consensu, in SS. Trinitatis nomine Pastorem in æde sacrâ primaria electum, nec solùm ad Pastoratum sic à se vocatū: sed & à Potentissimo Electore Brandenburgico debutum.

deburgico Domino longè Clementissimo, vigore Jurisdictionis Episcopalis S. Serenissati Electorali competentis, gratiosissime declaratum designatumq; esse Viistokiensium & diocesinarum Ecclesiarum inspectorem DN. JOH. GEORG. HOFFMANNUM. Nec de altero Nazianzeni illo charactere, post examina in conventu Facultatis instituta, editaque nobis sinceritatis in orthodoxyia, specimina, ipso quod à Licentiandis & Doctorandis omnibus exigitur, juramento firmata, quibus præmissis nunc illum ad solemnia Disputationis publica in totius Academiae conspectum producimus, aliter, quam suprà testati sumus, polliceri nobis possumus, quo nomine DN. CANDIDATO aureas illas Pauli regulas 1. Tim. 4. 12. c. 5. 21. c. 6. 20. 2. Tim. 1. 14. c. 2. 15. commendamus, nec non illud Gregorii Nazianz. Orat. 32. in præsentia 150. Episcoporum habitâ prudens consilium: Nos, inquit, pro Christo bellum gerere, hoc ipso ostendimus, quod secundum Christum, qui mitis est, dimicamus. Nam nec in verâ doctrina detrimentum, paci studemus, διὰ δόξαν ιππεικέας i.e. ut famam mansuetudinis habeamus, & rursus pacem colimus, legitime pugnantes (ἔργην δομενεως ενόμως μαχόμενοι) ac intra limites nostros & Spiritus regulam nos continentem: Pergit οὐδελόγος: Cunctis verbi dispensatoribus (τοῦ λόγου τεμάσις) hanc legem statuo: Μήτοι ἐπληρώθει χύνειν, μήτε τῷ ὑπεραλμένῳ νέτε πάρειν i.e. ut nec per duritię hominum animos exasperent, nec per submissionem elatos & insolentes efficiant: sed prudenter & consulte in causâ fidei se gerant, nec in alterutro horum mediocritatem exceedant: Cujus & κατὰ τάχυην & κατὰ χάριν Theologi, non minùs graviter & prudenter dictum illud est oratione in Cæsarium: ημέσερα νομοθεσία ἐν ταύτῃ μὲν καιροῦ διακινδυνεύειν ὑπὲρ Ιησοῦ λαζαρίας τοῦ μὴ περιδιδόντος δελέιτη τῆν διοίβεταν. Eās δ' ἀντὶ ιερᾶς, μὴ περικαλεῖσθαι τὸν κινδυνον. Prosperet coepita Deus & in sui Nominis gloriam & Ecclesiæ firmamentum convertat! Quod supereft, MAGNIFICUM DN. RECTOREM, Reverendos pl. Amplissimos, Excellentissimos, Clarissimos, DOMINOS PROFESSORES, DOCTORES, LICENTIATOS, VEBI DIVINI MINISTROS, PHILOS. MAGISTROS, STUDIOSOS GENEROSOS, FULGIDISSIMOS, omnes LITERATOS, & LITERARUM FAUTORES, ad actum illum Disputationis solemnem d. XII. Decembr. frequentissimâ & faventissimâ panegyri celebrandum, decorandumve, suaque pro Ecclesia & Republ. nostris votis vota & supplicationes sociandum, eā, quafas est, reverentia & humanitate invitamus. P. P. sub Sigillo
Facult. Theol. III. & X Decembr. Anno c̄s lcc LXXI.









Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740891685/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740891685/phys_0023)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740891685/phys_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740891685/phys_0024)

DFG

tissima calamitate (qui cum fidem non præfert Regum R.
tris sedenti, & inde propediem reddituro ad judicandum
quam Terreni Principis Majestati fidem servabunt?) inter
propagatoribus, Ecclesiæ proditoribus, veræ fidei, ac Ch.
desertoribus, alieni pectoris, certam sanctamque sp.
tale futurum *καθησιμον*, quale de suo quondam A.
& tum sibi, tum Ecclesiæ pollicetur venerabilis Teologo.
ses Ordo. Pulcherrimè Gregorius Naz. Orat. XXI. di
electionis legitimæ ad *Πριεστον*, vel *κληρον τῆς διάκονος*
pellavit Apostolorum Chorus Act I. 23.) characterem, un
scopus (vel quicunque presbyter) eligendus, totius populi su
terum, ut veram fidei doctrinam profiteatur. Addit primo
mam sententiam: εὐ ρὸ ἐ βιαστίμενος ἀλλ ἐ βιασθε
Non ille qui per vim irrumpit: sed qui modo legitimo eligitur
rit, verus successor est: nec minus memorabilem alteram
διαδοχεον, τὸ δὲ ἀντίδοξον νὴ γένετιδοχεον i.e. successionem
διάκονα, que si consonet, veram illam: si minus, non nisi pro no
(μόνον καγονογειαν ἔχει τῆς διαδοχῆς) s. socius doctrinæ ei
ni: adversarius autem in doctrinâ, adversarius quoque est in ih
quidem charactere Domini Candidati legitime ad Inspect
Civitatis & dioceſeos Wittstockianæ à Serenissimo & Pot
Brandenburgico Domino Clementissimo (cui vitam pro
securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidele
bum, orbem quietum, quæcunque hominis & Principis E
illuc suspicientes, unde Principi & potestas est & Spirit
mentissimè vocati, quin & à S. Serenitate Electorali, prævia
& vocatione, ad Pastoratum Ecclesiæ Wittstockiensis con
nos haud permittit, tum ipsum, sub sigillo Elector
nobis exhibitum vocationis & confirmationis, tanto P
Diploma, tum Amplissimus Senatus Wittstockiensis, su
Primariorum Consulum ac Senatorum nominibus, con
testatum, Reverendo Domino Candidato per honori
profiterentur, prævius publicus in Ecclesiâ precibus, præmisâque C
magno Ecclesiæ consensu, in SS. Trinitatis nomine Pastorem in
electum, nec solum ad Pastoratum sic à se vocatū: sed & à Potent



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 032